



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Irregularitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

ria Episcopi illius, vide Abbatem. in *Clem. Quamvis, num. 7. de foro com. p.* ubi videtur dicere negativè, Covar. *de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 2. numero 15.* idem Gemmin. in *cap. si. juxta finem, de elect. libro 6.*

Secundò, quænam sit jurisdicção contentiosa, & quæ voluntaria, vide eundem Gemmin. *loc. cit. ver. sed nunquid*, ubi dicit, quòd jurisdicção, contentiosa est illa, quæ fit in invitum, & inter partes contradicentes, vel ut dicitur, in contradictorio iudicio, voluntaria quæ fit sine his, & sic Episcopus per istam voluntariam jurisdiccionem potest extra suum territorium ponere edictum, expedire citationem, modò trahatur ad locum intra suum territorium, potest delegare causas, conferre beneficia, absolvere à censuris, prout dictum est multis in locis hujus praxis.

IUDÆUS.

PRImò, cum delinquit, ratione delicti, sortitur forum ecclesiasticum, *cap. postulasti, de iudic. vide Abb. in Clem. num. 3. de testam.*

Secundò, si committit delictum sapiens hæresim, Inquisitor, seu Ordinarius potest procedere contra eum, *cap. accusatus, §. sane, lib. 6. de hæres.*

Tertiò, si crimen sacrilegii, datur præventio, *Guid. Pap. decis. 63. c. 3. num. 1. vide Sylv. in ver. Iudæus, num. 10.*

Quartò, an Iudæus publicus usarius possit condere testamentum, vide Covar. *ll. 3. cap. 3. versic. 7. var. resol. Abb. in cap. quanto, de usuris.*

IRREGULARITAS.

PRImò, de hac materia, cum sit exuberans, vide Navar. *cap. 17. num. 195. & infra. & Summistas, in ver. irregularitas*, præsertim Reverendissimum Maiolum, Episcopum, Vulturaniensem Benevent. Provincia: in opere suo de hac materia.

Secundò, dubitatur, an qui incidit nasum, vel aurem alicuius, sit irregularis. De primo videtur, quòd si, cum sit membrum. De secundo idem sentit Navar. *cap. 27. num. 123, notab. 7.* Covar. in *Clemen. fuciosus, de homic.* est contrariæ opinionis, & ita magister meus, cum quo ego sentio, propter rationem, quia auris potius est quædam cartilago, quam membrum, Covar. *loc. cit. 3. p. num. 3.*

Tertiò, abscindendo digitum, modò non sit pollex, vel index, non incurritur irregularitas, Navar. *loc. citat. num. 206, notab. 2.* Caiet. *2. 2. quest. artic. 1.* quamvis Sot. *lib. 3. quest. 2. artic. 1.* videatur tenere oppositum: sed magister meus est cum Navarro, & ita ego etiam. Ratio est, quia cæteri digiti non dicuntur membra, sed partes, Abb. in *cap. cum illorum, num. 8. de sent. excommuni.* si tamen abscinderet quis partem digiti pollicis, vel indicis, ob quam non impediretur celebratio, non esset Irregularis, & illie sic mutilatus, posset promoveri. Navar. *conf. 1. de corp. vitiat.*

Quartò, qui debilitat, seu reddit inutile membrum, vel languidum, non est irregularis, Navar. *loc. citat. num. -- notab. 9.* Soto. *loc. cit. Abb. in cap. clericis num.*

9. ne cler. vel monach. & in Clem. 51. furiosus, num. 7. de homic. & in c. 1. num. 1. de cler. pug. in duel. & c. Diaz. pract. crim. Canon. cap. 92. ratio est, quia requiritur membri obtuncatio, Cov. loc. cit. num. 7. Navar. consil. 2. de homic.

Quintò, an qui vulnerat, vel vulnerare facit aliquem in facie, causando cicatricem magnam, ut vulgo fit lenonibus, sit irregularis, & videtur quod non, quia irregularitas huius generis non contrahitur, nisi per homicidium, vel realem membri obtuncationem, Clem. vn. de homicid. & ibi Abb. numero 6. facit c. si Evangelica. 55. dist. Navar. & Soto. loc. citato. & Diaz. in dist. cap. loquitur, nisi de obtuncationibus membrorum, & quamvis in cap. 138. loquens de vulnere illato in faciem, maximam debere fieri ait estimationem, tamen non loquitur quoad irregularitatem incurrendam, sed quoad pœnam imponendâ pro illo delicto, cum irregularitas non incurritur, nisi ubi reperitur in iure cautum, ut iurib. vulgatis, Covar. in Clem. si furiosus, 2. p. §. 2. a num. 3. & infra. & post hanc meam sententiam, in prima impressione reper. Navar. in consil. de homicid. ubi clarè tenet, quod vulnerans aliquem in facie, etiam quod totum vultum deformat, non est irregularis, quidquid dicant aliqui sine ratione

Sextò, quia dixi in ver. moderamen, occidentem aliquem ob sui defensionem, non esse homicidam, nec irregularem, tamen fallit, quando quis occidit (se defendendo) maritum, ad cuius uxore ipse adulterandi causa accesserat Nav. cap. 7. n. 15. & c. 27. n. 238. quod ra-

men locum habet in marito, non autem in alio, Soto loc. cit. quest. 1. art. 9.

Septimò, si maritus occidit uxorem propter adulterium commissum cum clerico, clericum illum effici irregularem, Navar. loc. cit. in fin. & quod Pius V. ita declaravit, tamen oppositum videtur verius & ita alii sentiunt, quod Pius V. ita dixerit ut Doctor, non ut Papa, argum. c. à quodam Iudæo, de consecrat. distinct. 4. & hoc mihi magis placet, quia non est causa proxima, seu propinqua, quæ requiritur ad incurrendum irregularitatem, nec causa per se intenta, & volita, nec actus ordinatus ad homicidium, quia aliud est intendere adulterium, & aliud homicidium, Navar. cap. 27. num. 111. & 220. & Soto lib. 8. quest. 1. art. 4. de iust. & iur. & Innoc. in cap. ad audientiam, num. 7. de homic. dicit, quod debet esse causa proxima, & Navar. consil. 19. de homicid. n. 2. & 5. dicit, quod quando causa est admodum remota, etiam si sit illicita, non inducit irregularitatem, sed debet esse proxima ex intentione, & suapte natura ad homicidium sufficienter directa, quod non constat in adulterio, licet ipsemet Navar. consil. 34. eod. tit. teneat primum, imò, consil. 35. eod. tit. dicit, quod si maritus ita percusserit uxorem prægnantem ob adulterium suspicatum cum clerico, quod abortivit, etiam efficitur irregularis, sed hoc mihi non placet, ob rationes superius allatas, & multi recentiores sunt meæ opinionis.

Octavò, quod in omni irregularitate occulta, præterquam ex homicidio voluntario, potest Episcopus, & suus

Vica

Vicarius dispensare, Conc. Trid. *sess.* 24. *cap. licent.* hinc fit primò, quod qui occidit hominem in bello iusto, licet sit irregularis, tamen non est reservata Papæ, licet sit publica, sed potest Episcopus; ratio est, quia non est homicidium voluntarium, Armil. *in versiculo, irregularitas, num. 13.* Caiet. *in summ. in ver. irregularitas,* & ita censendum est de iudice condemnante, vel ad mortem, vel ad mutilationem: sed hæc licet vera sint in se circa hoc, tamen *ex alio ca.* non potest in hoc dispensare Episcopus, etiam si esset occulta. Ratio est, quia non adest culpa, nec timen, & ubi non est crimen, vel culpa, non potest Episcopus dispensare, Navar. *cap. 27. num. 134.*

Nonò, in irregularitate, quæ provenit ex bigamia similitudinaria, etiam publica, potest Episcopus dispensare, *cap. sanè, il. 2. & ibi gloss. de cler. conjug.* Gom. *tract. de brevi. num. 20. & 21.* Staph. *de lu. grat. f. 34. num. 8. & 9.* Selva *tract. de benef. 4. p. quest. 7. numero 8. versic. 13. & 34.* Navar. *capitulo 27. numero 197. & 1. c. 1. & ibi gloss. qui cler. vel voven.* modò sit virgo illa, quam clericus in suam duxerit uxorem.

Decimò, an Episcopus possit dispensare cum promotò per saltum, vel sine dimissoriis, vel ante aetatem, vel sine patrimonio, & alias requisitis, vide *in ver. dimissoria, §. 3. & 4.*

Vndecimò, irregularis est, qui iterat Baptismum, tam baptizans, quàm baptizatus, *cor. de consecrat. dist. 4. Sc. 2. de Apostat.* sed hoc solum in sacramento Baptismi, non in aliis, etiam imprimentibus characterem, Soto 4. *sent. distinct. 25. q. 1. art. 2. & dist. 4. qm. 1. art. 9.* Ratio est, quia

in baptismo hoc fuit decisum contra Anabaptistas. Sylvest. *in ver. irregularis, num. 6. §. 4.* Navar. *ap. 27. num. 246.* nisi ignorantia probabilis excusaret, quæ excusat ab incurfione etiam censurarum tam juris, quam facti, Navar. *cap. 23. nu. 47.* Sylvest. *in ver. excommunicatio. 2. §. nu. 2. & in ver. excommunicatio, 10. §. 3. Sot. 4. Sent. dist. 22. quest. 1. artic. 2.*

Duodecimò, qui baptizatus est domi ab obstetricibus vel à quolibet propter periculum mortis, vel aliàs, cum debita forma, non potest rebaptizari in Ecclesia, nec sub conditione, Navar. *loco citato, notab. 2. Soto distinct. 3. quest. unica, in 4. Sent. Victor. in summ. Sac. quest. 36.* Navar. *loco citato,* cautè est legendus, dum dicit non esse irregularem, qui bona fide rebaptizat: nam oppositum est verius, ut ait Soto. *loco citato, art. 9. & Alphon. de Cast. lib. 1. c. 7. de leg. poen. Catech. Rom. tra. de bapt.*

Decimotertiò, est etiam notandum, quod et si saepe, & semper inlubilis venit facultas absolventi ab omnibus censuris & poenis, quod non ob hoc datur facultas disponendi super irregularitatibus, Navar. *loc. citato, num. 250. & n. 194.* & Soto. *lib. 5. q. 1. art. 4. in fin. de iust. & iur. rationes vide in dict. loc.* hoc solum dicam, quod obstat, quod ibi dicitur, à poenis, & quod irregularitas sit poena; ergo includitur. Primo, quia non est verum, irregularitatem esse poenam, si enim sic esset, non incurteretur nisi cum peccato, quod est falsum, cum aliquando incuratur etiam cum merito, & cum lucto indulgentiarum, ut patet doctrinis vulgatis: non enim imponitur poena, nisi

nisi propter culpam, *cap. 2. de constitut. Gemin. in cap. si compromissarius §. si verò, notab. 3. de elect. lib. 3.* Secundò, quia pœna est triplex, Una quæ imponitur à Confessario pro satisfactione; secunda, quæ suscipitur ab ipsomet pœnitenti; tertia, quæ imponitur à sacris Canonibus pro qualitate criminis; & de his pœnis loquuntur Bullæ, & Iubilæum. Tertiò, quia irregularitas non est propriè pœna, nec absoluitur, sed inhabilitas, seu Canonicum impedimentum, sed dispensatur, & hoc clarè ostendit Gregor. XIV. in Iubilæo à sua Sanctitate edito die prima Januarii 1590. anno sui Pontific. primo.

Decimoquartò, an possit Episcopus, vel suus Vicarius generalis dispensare super irregularitate occulta, contracta ab eo, qui est salterius Diœcesis, vide in verbo Vicarius, dicto 5. principali dub. ubi habetur, quod sic.

Decimoquintò, quid si sacerdos celebraturus die festo, vel alio, effec. irretractus aliqua censurâ ecclesiastica, & nisi celebraret, immineret aliquod scandalum, an sic celebrando incurreret aliquam irregularitatem. Prima opinio est Covar. in cap. alma mater, 1. §. 2. num. ult. de sent. excommunicat. lib. 6. dicentis nullo modo licere, & quod incurreret. Secunda opinio est Sor. 4. sent. dist. 12. quest. 1. artic. 4. col. ult. ubi in casibus reservatis dicit licere, in censuris vero non. Tertia opinio est Navar. loc. cit. num. 239. & Flor. Theol. in 4. sent. tract. de suscip. Eucharist. art. 4. difficul. 4. ubi dicunt, non incurtere irregularitatem aliquam. Conclusivè tenendum est cum tertia opinione, ra-

tio vulgaris, quia necessitas non habet legem. Secundò, quia præceptum de vitando scandalum, est divinum, & naturale; de non celebrando vero propter incursionem irregularitatis, est positivum, quia omnis irregularitas est de jure positivo (ut patet) ergo prævalet primum beneficium. faciunt ea, quæ dicit idem Navar. cap. 6. num. 7. & 4. & Sylv. in ver. homicidium, ult. num. 2. §. 14. & Abb. in cap. cum non, num. 3. de decim. quando vero esset in peccato mortali, quid agere debeat, vide Conc. Trident. sess. 13. cap. 7. & Can. ult. & Soto 4. sent. dist. 12. quest. 1. artic. 4. col. fin. & dist. 13. qu. 2. art. 6. Navar. cap. 25. num. 49. & 76. D. Thom. in addit. 3. p. 9. art. 5. Idem etiam dicendum est, quando administrat quodlibet Sacramentum in casu necessitatis, ut patet doctrinis vulgaris. Innoc. in cap. cum medicinalis.

Decimosexto, an irregularis celebrans possit iterum excommunicari? Respondetur quod sic, *cap. si quis presbyter, il. 2. 11. quest. 3. ex Concil. Carthag. 2. cap. 8.*

Decimoseptimo, an Episcopus possit dispensare cum bigamo ad primam tonsuram, & ad minores ordines; Gom. in de brevi, num. 20. recitat duas opiniones, & dicit, quod sic, stante causâ legitimâ, & evidenti, & idem confirmat Astens. lib. 7. tit. 7. questio 7. per Cano. Quicunque il. 250. dist. 1. idem Host. in summ. iii. de bigam. in fine.

Decimooctavo, an Episcopus suspensus à Pontificalibus celebrans efficiatur irregularis, vide Anch. in c. 1. nu. 3. de sent. excomm. lib. 46. & vide in v. susp. §. 6. Inn. in cap. cum medicinalis, num. 2. dicit, quod suspensus

suspensus à Pontificalibus, etiam si celebret in Pontificalibus, non efficitur irregularis, quia Pontificalia non sunt de substantia ordinis; secus verò si esset suspensus à divinis, vel ab officio, vel executione officii, vel à celebratione Missæ, vel ab aliquo huiusmodi, & exerceret aliquid, quod esset de substantia ordinis, nam collatio ordinis non est de substantia ordinis, sed dignitatis. Dices, si est suspensus à collatione ordinum, vel beneficiorum, si confert, nonne est irregularis? Respondetur quod non, quia ista non sunt ordines, sed ordinarius carebit executione ordinum, & beneficii collatio non teneret. Hostiens. in *Sum. tit. de dispensa. §. sunt autem casus, ver. 14.* cetera vide in *addic. magnis.*

INTERDICTUM.

SUMMARIUM.

- 1 Quotuplex sit interdictum.
- 2 A quo possit imponi.
- 3 Quibus causis.
- 4 Quæ liceant fieri durante eo.
- 5 Quæ prohibeantur.
- 6 Quomodo absolvaatur.

AD Primum, est triplex, Nav. ca. 27. n. 166. & infra, Sylvest. in *ver. interdictum, 1. §. 2. num. 6.*

Ad Secundum, regulariter, qui potest excommunicare, potest & interdicere, idem *locus cit.* Con. Trid. *sess. 25. ca. 12. de reform. Regul.*

Ad Tertium, Nav. *ubi supr.* & Sylvest. *ead. vers. 3. §. 5.* Sot. *4. sentent. d. 22. quæst.*

3. art. 1. propter delictum populi, oppidi, vel civitatis generale, seu speciale, vel domini civitatis, vel provinciae, vel particularium personarum, quando de facili corrigi non possunt, Abb. in *cap. petistis, nu. 1. de privil. Covar. lib. 2. cap. 9. in si. var. resol. D. Ant. p. tu. 16. cap. 3. §. item, vide Bullam Leon. X. quæ est 16. f. 131.*

Ad Quartum, & Quintum, vide Navar. *ubi supr.* & Sylvest. *eo. ver. 5. §. 2.* ubi habetur, posse fieri multa, scilicet Sacramentum Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ ægrotis, Matrimonii, Viatici, celebrare semel in hebdomada ad renovandum Sacramentum, die Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis beatæ Virginis, in festo Corporis Christi, & per totam octavam, in die Conceptionis beatæ Virginis, Covar. in *ca. alma mater, 2. p. §. 1. & per totum.*

Ad sextum, si est temporaneum, non indiget absolutione, Sylv. *lo. cit. 3. n. 3. §. 9. ver. secundum,* & idem de suspensione temporanea, idem in *ver. suspensio. §. 8. gl. in Clem. 1. in ver. donec, de decim.* Navar. *ibid. n. 161. notab. 6.* Covar. *de spons. 2. p. c. 6. nu. 19.* Diaz *pract. crim. Can. c. 122. iuxta medium,* secus de excom. tempor. Doct. *loc. cit.* Abb. in *c. ex tuarum, num. 3. de for. illeg.*

Primum dubium, an tempore interdicti prohibeatur prædicatio verbi Dei? Respondetur, quod non, similiter de electione & expositione sacræ Scripturæ, sermonibus & doctrina Christiana, c. *responsio, de sent. excom. Inno. in c. tanta, nu. 1. de excess. Pral.*

Secundum dubium, an celebrans in

Oo

loco